

EXACTIS
ERUDITORUM
EDITIS LIPSIÆ.

Menſ. Julii, Ann. 1729. pag. 293.

JOANNIS GRATIANI,

In Gymnaſio Patavino Philoſophiæ Profeſſoris,

HISTORIARUM
VENETARUM

LIB. XXXII. TOM. II.

Patavii, apud Joannem Manfrè.



D Historiam ſcribendam ſollicitandos alii putant poli-
tioris literaturæ antiſites,
alii oratores ob peritiam di-
cendi, alii viros uſu in rep.
verſatos, quidam milites
idoneos cenſent, qui in re-
bus in bello geſtis interfu-
erunt, alii ſacerdotes ſanctita-
te conſpicuos, alii denique philoſophorum hanc
provinciam eſſe exiſtimant, quod & Dionyſius
Halicarnaſſeus, teſte uſus Thucyde, hiftoriam
nominet philoſophiam ex exemplis. Nimirum,
quod maximum eſt in Hiftoria, amorem veri-
tatis putant adeo peculiarem Philoſophi eſſe,
ut ſola cognoscendi veri cupiditas Philoſophiam
pepererit; ut evidentiam, & luculentam expli-
cationem teneamus, ex media Philoſophia pe-
tendas. Neque Noſter, qui inter philoſophos
nomen proſtitetur, pedem poſuiſſe in alieno cho-
ro videbitur, qui mentem appulit ad lucubran-
dam Hiftoriam, ſeu partem Annalium Veneto-
rum, quam huc uſque nemo perſcripſerat La-
tine, ab anno ſc. 1615. ad noſtra uſque tem-
pora, duobus hiſce Tomis uſque ad annum 1700.
deductos, orbi literario ſiſtit: unde notatu di-
gniora, quæ non ad Venetos modo, verum &
ad alias gentes, quarum ſepe res hic attingun-
tur, ſpectant, ſeligentes Lectori ſpecimen da-
bimus; quid ex opere præſtantiffimo, & ſermo-
ne non incompto conſcripto, ſibi polliceri queat.

(a) (Tom. I. pag. 19.) Favebat Uſcochis Fer-
dinandus Archi-Dux, ut nulla ferme impenſa
ſines contra Turcas tutaretur, ac per illos ſpe-
ciem quandam juris uſurparet in Mare Adria-
ticum, accedente in primis Hiſpanorum inſtin-
ctu, qui Venetis ſuccenſebant, quod ſe rebus
Sabaudia Ducis in bello Montis Ferratenſi Se-
natus immiſcuiffet. (89.) Concinus, qui pri-
mas in aula Gallia regis tenebat, cupiditate
continuandæ potentia inflatus, arces aliquot in
ſinibus firmaveat milite externo, qui ſibi uni-
pareret. Nimirum Hiſpanis occulte favebat,
ad quos perſugium eſſet, ſi quid variaret fortu-
na, quibusque, ubi primum non ſatis tutæ res
ſux viderentur, illas traderet, & conjunctis in-
de viribus metuendum ſe Gallis præberet. Re-
gis autem animum diſtinebat auſupio & vena-
tione, additis corruptoribus, qui ad levia ſtu-
dia illum perlicerent, voluptateſque cujuſvis ge-
neris. (121.) Cieſelio, Maritima Cæſaris ami-
co, crimini dabatur avaritia, quam reſutabat
res ejus familiaris adeo anguſta, ut vix necef-
ſaria captivo ſuppeterent. (140.) Offonenſis
(Offuna) Prorex Neapoleos ob rapacitatem, fe-
ritatemque animi apud Hiſpanos accuſatus, au-
xilia Venetorum ac Sabaudi circumſpicere, na-
ves aliquot de ſuo inſtruere, milites privatim
ſua pecunia conſcribere, ac plebem in nobiles
conſutare cepit. Verum Borgia, qui ſuccede-
ret in provinciam illius, nocte arcem novam
ingreſſo, conſilia ſeſuſſu caruerunt. Reverſum
in-

(a) Proſtitentur Collectores, ſe notatu digniora ſelecturos, unde Lectori ſpecimen dent, quid ex Opere hoc
ſibi polliceri queat. Veruntamen cum ab Hiftorico narrentur bella ſex, a Venetis geſta, Creticum præſertim To.
I. pag. 555. diſtinctitate temporis, caſum varietate, in lititudine navalium pugnarum, pernicia obſidionum, urbis
domum unius Canale oppugnatione per triennium tolerata, in primis nobile: utrum videri debet, horum bellorum ne
nomen quidem eos attrigat, quæ autem facta telegerant, eſſe eſſimodi, ut, exceptis perquam paucis, haberi poſ-
ſint in minimis, ac velut caſu ipsis oblata ex univerſa Hiftoria: cujus inde ſpecimen, quod ſpondent ex inſtituto,
habitus eſſet nemo.

inde in Hiſpaniam, & in carcerem conſectam,
morbus ſupplicio ſubduxit. (175.) Antonius
Fofcarenus, ſenator Venetus, criminis maſta-
tis falſo damnatus anno 1622. interiit. Con-
ſueverat is nocte intempeſta, veſtitu mutato,
ullo cum comite clam ſe conferre ad matronam
quandam, illuſtri dignitate, & fama integra.
Cum vero eunit vicus eſſet intrandus, qui idem
ferebat in domum legati Regis Gallia; non de-
fuere, qui clandestini cum legato colloqui eum
accuſarent. Comprehenſus ergo ſatebatur cæte-
ra omnia, illud unum ſidenter negabat, ſecum
legato, aut ullo ex domeſticis ejus egiſſe. Ipſe
firmus in propoſito, ut matronæ parceret nomi-
ni eamque a certo vitæ periculo liberaret, (a)
tacendo culpam confeſſionis incurrit (b) convi-
ctusque a teſtibus perduellionis pœnam ſubiit,
publice ſuſpenſus patibulo. Enimvero hi ob alia
crimina paulo poſt morte damnati, facinus de-
tulerunt: Decemviri vero, quod unum poterant,
ut ſamam mortuo reſtituerent, eum templo
Marcio ſepulchris majorum intulerunt. (c)
(181.) Manſfeldium, cum ſuo ære alere mi-
litem non poſſe, plures expeſtebant, ducem,
(d) magna mercede propoſita. Miſerat ipſa
ad eum Iſabella Auſtriaca legatos, qui condi-
tionem offerrent, ut, ſi accederet ad Hiſpa-
nos, crearetur Princeps Romani Imperii, obri-
neretque Hagenoam urbem cum agro ejus, quam
ſiduciario jure poſteri poſſiderent in perpetuum;
ad hac grandi pecunia donaretur, & ſecundum
Spinulam primus eſſet in exercitiis Regiis: ve-
rum ingentia animo agitanti parva hæc viſa.
(195.) Palatino exauſtorato, Cæſar de Bava-
ro ſufficiens in locum illius conſilia agitabat;
ſed adverſabantur Hiſpani, quod Bavarus par-
tem occuparet inferioris Palatinatus, quam ſibi
prædam deſtitaverant. (251.) Vvalleſteinius
Danos claſſe territare volens a Dantiſcanis ſo-
lum modicum numerum navium accepit, aſſen-
tiente Rege Polonorum, cui optima hæc occa-
ſio videbatur ad freuandum deinceps & Sveco-
rum ferociam; Hiſpanicæ etiam novæ fruſtra
preſtolarus, conſilium diſſerre in aliud tempus
coactus eſt. Tantum interea Germanis metum
incurſerat Cæſaris potentia, ut ipſe Bavarie
Dux clandestinis legationibus Gallia & Britan-
niæ Regum auxilia ſollicitaret, qua tamen ſpe,
flagrante adhuc bello iuter eoſdem, exciderat.
(256.) Hiſpania Rex miſit ultra naves quaſ-
dam, quæ ad obſidendam Rupellam Gallos ju-
varent, auxilia impoſterum majora pollicitus,
cum expediret ipſi, bello diuturno implicari

Gallos, ne iſti conſilia, quæ animo volvebat,
turbarent. (365.) Regi Gallia, quo minus
auxilia Mantuano mature ferre poſſet, non mo-
do Rupella obſidio, ſed etiam Regina mater
obſtabat, Mantuano, ſeu Nivernenſi inſenſa,
quod in turbis inteſtinis ſocias operas junxiſſet
rebellibus, (e) & Gallo Dux Aurelianenſis Ma-
riam Mantuani filiam nimium deperiret. (326.)
Carolus Emmanuel Sabaudus fato fungebatur
anno 1630., Princeps magnitudine animi, con-
ſilio, & bellica ſcientia excellens, quem tamen
cupiditas proferendi Imperii limites continua
agitabat, unde extinctus videbatur tempore Ita-
lia opportuno. Nam cum Cæſar amocurus ex
Germania, miſſurusque mox in Italiam crede-
retur Fridlandium, vel invitum, Sabaudus in-
ſenſus Hiſpanis egerat cum illo occulte, ut M-
diolanenſem provinciam ſocietatis viribus inva-
dentes ſuam uterque injuriam ulciſcerentur. Ac
ſenſiſſe ſerunt Carolum morti proximam, quo ſe
præcipitem dedidiſſet; itaque cremaada curaffe,
quæcumque ultro citroque in eam rem ſcripta
fuiffent. (336.) Mediolani maxime fuere, Ann.
1630., qui veneni per templa ſpargerent, per-
que vias, & tanta in veneficio inerat ſævitia,
ut infecti protinus fere exinguerentur. Indicio
delato ad Magiſtratum, habitæ quaſtiones, ſon-
tes damaati, & extant in illa urbe rudera (f)
ædium dirutarum, in quibus ad coquenda me-
dicamenta congregabantur. (334.) Crudelita-
tem in excidio Magdeburgico patratam in Til-
lium rejicit Auſtor, ut & culpam cladis ad
Lipſiam, quæ quidem Pappenhemio alii tri-
buant. (g) Guſtavum Svecorum Regem in præ-
lio ad Luzenam inter ultimos fere pugnantem
occubiſſe, reſert Noſter, (h) & Lovemburgi-
cum a ſuſpitione cædis abſolvit, quod ex ar-
migeris dæribus, qui prope Regem periere, al-
ter uſque in diem poterunt ſuperites ita rem
narraverit, ut nullam Lovemburgicæ ſuſpicio-
nem incurtere poſſit. Moderatione Regis in
Catholicos propenſioni ejus in hæc Religionem
aſcribit, tum quod ſamam quaſerit apud eoſdem,
ut fuverent ad Germanici Imperii calmam ten-
dent. (354.) Eundem tætarur Patavii in pu-
blico Gymnaſio Matheſi maxime operam dediſſe,
uſum Gallia magiſtro. (377.) Prælii ad
Nordlingam a Vvarenienſi quem Vvifaricæ
ſema bique Noſter vocat (i) inſeliciffi ne
commiſſi, cauſam aſſert, quod cædi quatuor py-
rii pulveris magna cum ſtrage inter Svecos di-
ſiſſent. (419.) Crequium a ſuſpitione ve-
næ Sabaudia Duci Victori propiati liberat
Cl.

(a) Auſtor ſic: ipſe firmus in propoſito, ut matronæ parceret nomini, vel in præſenti certo periculo vitæ ſuæ.
Apparet, periculum pertinere ad Fofcarenum, non ad matronam.

(b) Non ait Auſtor, incurſiſſe culpam confeſſionis; ſed pœnam, perinde ac ſi confeſſus culpam fuiffet.

(c) Hæc ſunt Auſtoris verba: cadaver eratum ex tumulis condemnatorum: atque, ut conſpiceretur ab omni-
bus exequiarum honor, circumlatum ſunebri pompa per aream ad templum Marcium eſt, & in ſepulchris majorum
reſpoſitum. Ergo non affirmat Auſtor, templo Marcio illatum ſepulchris majorum.

(d) Cum, ætiologica hic particula eſt. At non ait Auſtor ideo ducem expetitum Manſfeldium, quia alere
non poſſet militem ære ſuo; ſed quia mirum in modum valeret conſilio & ſolertia; quam offenderent tum alia,
tum illud, quod ad multa & diſſicilia aggredienda haberet militem dicto audientem, quamvis non ſuppeditaret
pecunia, quam perſolveret in ſtipendium.

(e) Sic Auſtor: conſilia operamque conſociatæ cum perduellibus. Quid inter operam & operas interſit, vident
qui Latine ſciunt.

(f) Hoc habet Auſtor: Extant ea in urbe ærea ædium dirutarum, quo ſe ad coquenda medicamenta congrega-
bant. Aræ, Italici luochi ſpianati, vaſi: non rudera, rottami.

(g) Villius certe ducibat exercitum ſummo cum imperio. Oppugnavit hic Magdeburgum, & conſiſtit ad
Lipſiam; eidemque probatiſſimi Scripſores excidium urbis illius, & culpam cladis tribuant: inter quoſ Hiftoricus
graviſſimus Baptiſta Nanus lib. 8. Hiſt. Venetæ, qui hæc ſæta ait, con grave biaſimo del Tilli. Pappenhemius
autem erat tertio loco inter duces.

(h) Sic Auſtor: qua in dextero (cornu) mæſ atrociffimus erat, eo conſeſſim vaſtus, dum gregario im-
miſtus militi dimicat inter primos, vulneratur in brachio. Ergo non inter ultimos.

(i) Præter modum, quo Auſtor nomen hoc uſurpavit, multos alios reperias, in Lexico
Emendato a Baundran, edito Patavii 1694., in ſupplem. ad Brientium edit. Venetiſ 1692., in Hiftor. Univerſ.
edita Colon. Agripinæ 1695., in Parallel. Geograph. Vet. & Novæ Britæ, edit. Pariſiſ 1699. hoc eſt: Vvima-
rienſis, Vvimarium, Vvimarum, Vvimaricæ, Vvimaricus, Vvimaricus, Vvimaricus.

